

Band I., Nr. 38, Seite 40

Perathold und seine Gemahlin Gersinda geben ihre Kirche und Güter in Zell, Reutlingendorf und Möhringen unter genannten Bedingungen an das Kloster St. Gallen.

Zell, 790. November 17.

(Chr.) Nos vero in dei nomen. Ego Perahtoltus et coniux mea Gersinda, talis nobis decrevit voluntas, ut pro animabus nostris ad monasterium sancti Gallonis confessoris, sicut mos est, per scriptionis titulum aliquid conferre deberemus, quod et ita fecimus. Tradimus itaque inprimis ecclesiam nostram, que est consita in loco, qui vocatur Rammesauuuu¹, quem locum circumfluit Danobius flumen, cum domibus, edificiis, mancipiis, terris, pratis, pascuis, vis, aquis aquarumve decursibus, peculium promiscui sexus, cultis et incultis, mobile et immobile, vel quidquid dici aut nominari potest, ad ipsam ecclesiam pertinentia integra voluntate parique consilio ad predictum tradimus monasterium perpetualiter ad possidendum. Similiter et in alio loco, qui dicitur Riutilinga, omnem portionem meam, et in tertio loco, qui vocatur Meringa, duas partes de una hoba, et mediam partem de uno molendino. Haec omnia supra memorata ad iam dictum monasterium tradimus atque transfundimus. Sic tamen, ut dum vivit Gersinda, ipsas res possedeat, atque annis singulis ad ipsum monasterium pro censi debito unum solidum solvat. Post eius namque, quando deus de hac luce iusserit, discessum ipsas res ad ipsum monasterium revertantur perenniter ad possidendum. Et si quislibet episcopus vel abba, aut ullus prepositus ipsius monasterii illas res, quas nos ad profectum predicti monasterii, vel monachorum per cartam firmitatis deligavimus, eas inde alienare, aut in beneficio cuiuslibet prestare voluerit, potestatem non habeat. Et si propria victus voluntate hoc fecerit, tunc propinqui mei licentiam habeant ipsis rebus eum expoliandi, et ad ipsum monasterium restituendi. Si quis vero, quod futurum non credo, si ego ipse, quod absit, aut aliquis ex heredibus meis, aut quilibet persona, qui presentem cartam firmitatis infringere conatus fuerit, affectum quem incoavit, non obteneat, et in aerarium regis persolvat DC solidos auri, et nihilominus presens cartula omni tempore firma et inviolata perduret, cum stibulatione subnexa. Actum in villa, que dicitur Rammesauuuu, presentibus, [quorum] hic signacula continentur. + Perahtoldi auctoris,

¹Für die Deutung des Güter- und Actumorts *Rammesauuuu* als Zell, Riedlingen, BC vgl. auch MICHAEL BORGOLTE (HRSG.): *Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen*, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 353, anm. 127.

II

qui hanc cartam fieri atque firmare rogavit. signum filiorum eius, Chadalohi et Paldeberti, consentientium. signum Uualtonis. signum Eghiharti. signum Reginberti. signum Liutberti. signum Erchanberti. signum Hunberti. signum Liutpranti. signum Lupponis. signum Anthadi. Ego itaque Scrutolf presbyter rogatus, anno XXIII. Caroli precellentissimi regis Franchorum, die Mercoris XV. Kalendas Decembris scripsi^a et subscripsi.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

^aDas Wort *scripsi* mit dem Rekognitionszeichen verbunden.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen I. 110

Editionen:

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 72. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 112 (Auszug). HERMANN WARTMANN (BEARB.): Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 1, Nr. 127, S. 119 f.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Zell

Ortsindex:

Möhringen Wohnplatz (17710)
 Möhringen, Unlingen, BC
 Reutlingendorf Wohnplatz (16906)
 Reutlingendorf, Obermarchtal, UL
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Zell Wohnplatz (17489)
 Zell, Riedlingen, BC